



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 61. Quid dicendum sit de illo, qui addit, commutat vel invertit aliquid in Missa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

quæ præcedunt evangelium, quia talis adhuc censetur legere Missam integram: sed de hoc iudicet lector, inquit Gob. n. 763. quidquid autem sit, probabile est, quod dicit Llamas, quia qui ea non audit, quæ præcedunt evangelium, nihilominus Missam audit, ergo etiam verè dicitur legere Missam, qui reliqua legit; impotentia autem excusat à præcedentibus.

Q. 61. Quid dicendum sit de illo, qui addit, commutat vel invertit aliquid in Missa. R. §. 1. Adde- 429.
re collectam ultra præscriptas vix erit peccatum, excusat enim facile causa aliqua vel devotio, Pasq. q. 215. contra Gob. in Exp. t. 3. n. 748. qui dicit sub veniali requiri causam peculiam: Dicere autem gloria aut credo, cum omit- tendum esset, est tantum veniale, Sum. Gob. nu. 747. Excipit Aversa q. 11. l. 12. §. Sexto, nisi fieret cum magna deformitate, uti si alerutrum diceretur in Missa de Requiem. Putat etiam Sporer n. 427. fore mortale, si notabiliter multum adderetur ad Missam.

§. 2. Non peccaret, qui sub longo cantu ad 430.
gloria vel credo modestè oraret vocaliter aut etiam recitaret parvas Horas, quas teneret memoriâ: Quod multò magis valet de Diacono & Subdiacono in solenni Missa, Caj. Tan. Gob. n. 753. contra Tamb. Lohn. p. 2. tit. 10. n. 5. qui dicunt esse veniale, si celebrans faciat.

§. 3. Intermiscere meditationem seu confi- 431.
derationem circa ea, quæ tum geruntur in Missa, nullum est peccatum, quamvis fiat quedam interruptio: quia censetur esse moralis continuatio, cum mens maneat applicata Missæ, Nav. Quarti. V. dicta n. 252.

§. 4. Commutatio voluntaria precum in alias 432.
preces

preces non approbatas, si fiat in materia notabili, est mortale; si autem mutatio fiat in alia preces approbatas in Missali, v. g. unius epistolæ, evangelii vel præfationis in aliam, secundum *Pasq.* q. 221. regulariter est veniale tantum, quia non inducitur magna deformitas, qualis tamen esset, inquit *Aversa* §. Nonò, si evangelium Paschatis conjungeretur cum epistola defunctorum, aut alio simili modo.

433. §. 5. Mutare in alia verba Synonyma, putat *Quarti* semper esse veniale tantum, quia per hoc etiam non inducitur magna deformitas, quamvis *Pasq.* dicat in materia notabili etiam fore mortale.

434. §. 6. Imperfectè mutare actiones, v. g. breviorē crucem facere, inclinare os prope altare & non formare osculum, *Suar.* & *Quarti* putant esse veniale, quamvis contradicat *Pasq.* q. 124., nullum in eo agnoscens peccatum.

435. §. 7. Quando dicitur Missa vel collecta contra Paganos, nomen Paganorum mutari non potest, dicendo Turcarum, hæreticorum, S. Congreg. 29. Junii 1689.

436. §. 8. Si quis loco Episcopi nominandi in canone nominet Generalem sui Ordinis, *Dian.* p. 2. t. 14. R. 4. dicit à Papa & S. Congreg. damnari mortalis, sed *Rodrig. Bordon. Tamb. Sporer* nu. 428. dicunt non constare de tali declaratione, adeoque non fore mortale, nisi fieret animo mutandi ritum, vel in contemptum Episcopi.

437. §. 9. Inversio partium ejusdem rationis est tantum veniale, uti si recitetur una oratio vel una epistola ante aliam: quod probabile etiam est, licet principalis oratio non diceretur primo loco. Si autem partes sint dissimiles, ex propo-

sito

sito ea
um le
gna d
qui v
esse re

Q.
verber
bilem
tra la
to sei
ter, qu
vocal
bere f
cùm f
& do
AZ.
I. t. r
putar
motu
esse n
sente
prob
vire

§.
gat f
Pasq
cum
Miss
cari
voti
null
ita a
exce
pulu
dina

sito eas invertere erit mortale, uti si evangelium legatur ante epistolam, in his enim est magna deformitas: & colligitur ex iis Doctoribus, qui volunt omittam unam partem Missæ non esse repetendam, *Pasq.* q. 222.

Q. 62. Quid notandum sit circa expressionem 438.
verborum in Missa. *Bz.* seqq. §. 1. Si quis notabilem partem verborum Missæ ita former intra labia & dentes, ut secluso omni impedimento seipsum audire non posset, peccat mortaliter, quia non legit Missam vocaliter, nam oratio vocalis, prout à mentali distinguitur, debet habere sonum, omnis autem sonus est audibilis, cum sit objectum auditus, uti dixi *L. 4. n. 1294.* & docet cum communione *Pasq.* q. 231. contra *Az. Tamb. Caram. Bass. De Horis §. 2. Quarti p. 1. t. 16. d. 2. & alios apud Dian. p. 2. t. 12. R. 9.* qui putant sufficere, quod verba formentur per motum oris & linguæ, dicunt enim orationem esse non purè mentalem, ergo vocalem: quam sententiam *Gob. nu. 813.* videtur admittere ut probabilem: notantque *Nav. & Fill.* posse servare scrupulosi.

§. 2. Si quis omnia, quæ dici debent altè, legat submissè, non peccat mortaliter, *Quart. Pasq.* q. 231. Peccare autem venialiter, docet cum aliis *Sanch. in cons. L. 7. c. 2. dub. 8 n. 6.* quia Missa est officium publicum, quod communicari debet cum populo, ut sic exciteretur ad devotionem. *Pasq.* tamen q. 230. probabilius dicit nullo modo peccare celebrantem, dummodo ita altè exprimat verba, quæ altè dici debent, ut excedant terminos secretæ orationis, licet populus audire non possit, eò quod Rubrica id ordinans nullum contineat præceptum. *Quarti dub.*